C. de emancip. liber. l. i. tamen iudex competens in hoc tantum censetur
ipsius patris agentis et emancipantis quia quod emancipatio est
actus ipsius patris et non filii ut in dicta l. ergo est solempnizanda
audito patre et non audito filio. facit etiam quia ius potestatis est a
potestate seculari et non ecclesiastica introductum ut patet de patria potestate
in principio. et quia actus huiusmodi ex sola voluntate patris procedit pro
qua explenda sive auctorizanda adibit iudicem suum competentem
et non filii sicut dicitur in simili de alienatione sive unione fienda
alicuius ecclesie sive rei ecclesiastice alicui prelato subiecte alteri
ecclesie vel persone extra civitatem vel diocesim rei alienande sive
ecclesie uniende constitute quod huiusmodi alienationi sive unioni aucto-
rizabit ille cuius subditus potestati et iuri dicte res alienande
sive ecclesie uniende consistunt prout habetur de re. et non alie. c.
dudum li. vi. et in cle. si una e. ti. sic in proposito iudex illius
volentis liberare filium suum de patris potestate habuit deliberationem
auctoritatem prestabit. nec obstat illud generale quod actor debet sequi forum
rei de fo. compe. cum sit quod illud procedit in contentiosis et quando iudicium
redditur in invitum secus secus in voluntariis et extraiudicialibus
actibus ut habet facit optime dictum primo de rescript. quod in dubiis quod ille
rectus rescriptionis beneficii videtur qui posset ipsum invitum destituere.
Sed ubi filius posset petere per iudicium patrem emancipandum in
casibus apud iudicem patris agendum foret ut l. iure ordinarii
C. de iuris. o. iudi. et de fo. compe. si clericus laicum. ergo si dictus ergo posset
apud iudicem filii in casibus dicet utrumque posse per non. per Cynum
in l. si predium. C. de prediis minorum. que optime facit ad hanc conclusionem
non obstat c. si annum de iudic. li. vi. ubi quando agitur de beneficio per
minorem xiiii annis iudex ecclesiasticus dabit curatorem ad litem
et non secularis quia hic eveniunt ratione non tantum persone sed etiam rei ecclesiastice
super quam laicus nullam habet dispensationem de consti. etiam sancte marie et
de re. et non alie. c. fi. preterea etiam ubi filius consensum patris
et etiam patria potestate constitutus agere potest ad quod ergo habet recursum ad iudicem
patris cum sine eo iudicialis actus expleri possit secus ante in tam
proposito ergo nec obstat c. si iudex laicus de sen. ex co. iudex ecclesiasticus
cognoscit in captivos vel detentus per laycum sit clericus vel non quia hoc
evenit ratione possessionis clericatus in qua clericus captus recepit litem negare
vel quia hic est causa mere ecclesiastica videlicet cognoscere de clericatu
sicut cognoscere de legitimatione filiorum cum cognitio dicitur ratione spectet ad iudicem
ecclesiasticum et non secularem de or. cog. c. tuam qui fi. sint legi. c. causam
et c. lator quod non. Preterea quia exceptio clericorum tendit ad libertatem
eorum de fo. compe. nullus. Sed huius emancipatio non derogat huic.